



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)



Ad Lectorem.



Erius omnino, quam vellem, habes, humanissime Lector, meas de Anima & humano Corpore commentationes: sed necessitas facilem habet excusationem. Cæperam hæc quidem in Parisiensi olim Academia tibi præparare, expolieram postea in Patavina, Denique in Perusina extremam penè admoueram manum. Sed ecce tibi dum hæc meditor, Clementis viii. Pont. Max. imperio eundem mihi fuit in Orientem: vix inde redieram, cum superiorum meorum iussu in Poloniam iter adornare iubeor: iui equidem vt debuï æquo animo, sed mecum pariter iuere multi anni, quos tamè Christo, quam Aristoteli, consecrare malui. Redij in Italiam, redij ad curas, quas vitæ meæ moderatores perscripserunt. Inter hæc contuli me vt potui & penè furtim adij Aristotelem: vix ille me agnoscere videbatur: persuasi ægrè illum me esse, qui fueram: rediimus in gratiam, & pertuici vt exiret in lucem Homo ille, quem iamdiu animo parturiebam. Dicam planius. Quidquid Aristoteles, aureum illud os Philosophiæ, de Anima scripsit, videbis à me explicatum & copiose discussum. Quam in re veteres Peripatheticos tritamque à priscis ac bonis viam tuere malui, quam (vt ferè fit) minutis quæstiuculis Aristotelem in frustra secare. Stylum neque horridum vt spero habebis, neque florentissimum; sed quantum res & ingenium ferunt, nõ incultum. Vbi Aristoteles digreditur, duces sequor variisque de rebus, vt se dat occasio, disputo, tum oblectandi tui causa, tum maximè ne Aristotelem incomitatum relinquam. Addidi quæ erant de corpore humano necessaria; totum vt aperirem tibi illud Dei sacrariû, minorem sed maiore pretiosorem mundum, & quoddam veluti conclave naturæ. Hunc animum Seneca vocat in terra hospitantem Deû, hoc Corpus Philo censet esse Regiam, in qua cor Regis instar in pectoris folio est, circumstant illum spiritus & languis vt Regis consanguinei, satellites sunt costæ circumfusa ad custodiam, arcis præfectus iecur, ministri sensus omnes, aula conuiuii stomachus, viscera pensilis laberynthus: quæ omnia oculis subicere operæ pretium duxi, sed quoniam non facio libenter, vt mea verbis amplificem, hoc quaecumque munus industriæ meæ, si Deo placuit, satis placuit: at tibi quidem Lector si gratum erit, habeo gratiam & salutem: tu verò, cui minùs sapit, Vale.

Facultas præpositorum Generalium.

CLAVDIVS AQV.

Cum hoc opusc.